



**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

17. De Erote & Anterote: Deque turpis Amoris vesania.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

se magis, quam rem amatam querunt: Amore vero amicitia, qui non sua commoda, sed amicorum bonum appetunt.

Sapiens, inquit Seneca, etiam si contentus est se, tamen habere amicum vult, si ob nihil aliud, ut exerceat amicitiam, ne tam magna virtus iaceat, non ob hoc, quod Epicurus dicebat, ut habeat, qui sibi agro assideat succurrat in vincula coniecto, vel inopi: sed ut aliquem habeat, cui ipse agro assideat, quem ipse circumuentum hostili custodia liberet. Qui se spectat, & propter hoc adamicitiam venit, male cogitat, quemadmodumcepit, sic definet: & mox, qui utilitatis causa assumptus est, tamdiu placebit, quamdiu utilis fuerit. Hac re florentes, amicorum turba circumfiderat, circa eueros ingens est solitudo, & inde amici fugiunt, ubi probantur. Hac re ista tot nefaria exempla sunt, aliorum metu relinquentium, aliorum metu prudentium. (Deinde) Ista, quam tu describis, negotiatio est, non amicitia.

Ad summum, D. Augustinus, rem secundum obiecta metiens, duos amores facit, Dei, & mundi, quod nomine Eros, & Anterotis veteres exprestrunt.

#### De Erote, & Anterote.

Deque turpis amoris vesania.

#### C A P V T X V I I .

Dionys. l. 4. **D**IUTENE, ut cetera, magnus ille Dio-  
de diuinis nysius turpem amorem, idolum amo-  
nominib⁹, & lapsum à vero amore describit:  
Impunera- Εἰς τὸν ἀγρόν τοῦτον ἀλλήνες, οὐαὶ, ἀλλ’ ἔ-  
mor idolu δικαιοφ, ἢ μάλλον ἐκπλωτις τῷ διὶ Θεῷ οὐ πειθεί-  
et amoris. Ut igitur magnum fœlū admittunt, qui præ-  
potentis Dei maiestatem nullis terminis cir-  
cumsciptam, in Muris corpusculum colli-  
gunt, vel etiam in pisces, aut vulpis, aut simiae  
figuram deformant: sic & eos culpa non me-  
diocri teneri fatendum est, qui affectum illum  
amoris, quem Deo dari, consecrariq; opor-  
tebat, in putidi corpuleui, mundi, & rerum  
humanarum quiquiliis conuertunt. Indena-  
tum est hoc portentum Cupidinis, ab inanibus  
Poëtis, tam varis carminibus celebratum.  
Alexis a- Sed opinor Alexis omnium solertissime de-  
pud. Aibē. pingit, monstrum enim facit ex omnium  
Li. naturarum, ingeniorumq; præpostera qua-

dam congerie agglutinatum, veriliter audax, muliebris timidum, furore, atque amentia præceps, callida ratione cordatum, labore in- fractum, prodigalitate dissolutum, ambitione prodigiosum. Aristophon autem in Pythagoro- Aristoph. rite, narrat eundem è celo precipitem datum, ibid. & iis, quibus ante micabat pennis, induitam fuisse victoriā. Melius Antisthenes, apud Theodoretum, irridet eos, qui obsceni amoris, quasi Dei alicuius pietas faciunt, & infinitas in eum nugas comminifuntur. Non est, inquit, non est Deus amor, sed natura corrupta virtutum, à quo, dum vineuntur miferi homunciones, turpisimum anima morbum, Dei nomine consecrant.

Tov δὲ ἵψωτα κακίου ἡλέλαθεν φύσεωι, ἵψητο. Theodore.

Ius ὄντες: οἱ κακοδίαιοντες διὸν πῶν νοον καλοῦσι, tuis orat. 3.

Inde inuenitus in Venerem. Utinam, inquit, eam tenerem, quam ipsi sibi Deam singunt, certè sagittis conficerem, quando tot lectissimas nobis matronas corrupit. Quamobrem disertè moeat Maximus Tyrius, verum a Max. Tyr.

morem à falso fecerni oportere, more num- orat. 3.

mulariorum, qui nummum legitimum dis- criminant ab adulterino. Proclus verò, & Proclus l. ipse Philosopher Platonicus, in amatoribus, i- de anima, dem contingere dieit, acis sacris, & expia- Edamon. tionibus. Qui se expiant (inquit) aut Deos consulunt, antequam puriori numini p̄f- fientia fruantur, in variis terrenorum Dæmonum impetus, atque terriculamenta nonnunquam incident, à quibus à sinceris bonis, ad materias fæcēm abripiuntur. Sic, & in vita instituenda, tot popularium amorum turba in impedimento est, quo minus liquidiore cœ- lestium voluptate perfundatur. Hæc ratio plerosque Ethnicorum mouit, ut Anterotem terreno amori contrarium facerent, quorum pugna expressis imaginibus describitur, a-

Pausan. in apud Pausaniam in Eliacis. Cupido enim pal- man tenet, quam Anteros infringere, atque Eliacis l: extorquere de manibus nititur. De hoc An- poster. Ma- terote intelligendum Marianus scholasti Epis- thol. l. 4. gramma.

Oὐχ ἀπὸ πανδῆμος ζένε κύπερον Θεόν, οὐδὲ ἀπὸ γάργες:

De hoc ipso vide Lu- cian. in En-

ειρὶ καὶ ὑλαῖης ἔγχοι Θεορούντες. com. De-

Αλλ’ εἴδετε καθαρὸν μετόπιστον φρέγα πυρ- moth. t. 1.

σὸν ἀνάπτω

p. 893.

εὖμαδίνης, φορχὴν δὲ σύρανθεν εἰσανά-

γε.

Bbb 3.

xx.

Ἐτὶς δὲ τῷ σεφάνῳ πιστόρῳ πλέκων  
ἀφ' ἐκάστης,  
Τοῦς δὲ φέρων, πρώτῳ τὴν Κρίνην σίφο-  
μον.  
Non ex vulgi uaga (Hoffes) Venore, non  
ē terra  
Sum, nec corporeis sibiles latitiae:  
Verum ego in pura mortalium mente facem  
accendo  
Probs eruditioinis, mentem in cælum eduo.  
Ex quatuor autem virtutibus tosiderum coro-  
nus decerpso,  
Quas omnes sero, sed prima me coronat sa-  
pientia.

Hæc Ethnici per nebulam duntaxat vide-  
runt. Quanto melius Christiani, inter quos  
sapientis ille idiota, in libello de amore diuino,  
veriusque pugnas non inani verborum fuso,  
sed Dei mouentis spiritu describit, vbi de im-  
pudico amore hæc habet: Talis amor est la-  
queus animæ, discrimen vitæ, mors suavis,  
blandi percussio, interficatio liniens, mel fel-  
leum, petricies delicata, mali natura boni col-  
ore depicta, domus tempestatis, dulce vene-  
num, malum spontaneum, sapida ingulatio,  
& omnium rerum calamitas. Nam Adam. &  
Euan de Paradisi deliciis eicit, celestes ter-  
renos fecit, humanum genus in infernum de-  
mergit, vitam abstulit mundo, laborem, & pres-  
suram inuenit, & malum quod ad mortem per-  
ducit; foedat pueritiam, perdit iuuentutem,  
incitat, ac inquietat emortuam carnem, & se-  
nectutem.

## De causis amoris in genere.

## CAPUT XVIII.

Plato in  
coniuicio.

Amoris  
natales.

Fabulam narrat Plato in coniuicio de a-  
moris natalibus. Quando nata est, in-  
quit, Venus, parato coniuicio discubue-  
runt Diu cæteri, & Concilij filius Poros, affluen-  
tia Deus. Cum cenati essent, Penia, (sive La-  
tinè Paupertatem malis dicere) mendicatuta  
cibum, ut pote epulis illic abundantibus, ve-  
nit, & circa fores obuerfabatur. Porus qui-  
dem nectare ebrius (vinum namque nondum  
erat) Iouis horrum ingressus est, & somno  
grauius dormiebat. Penia vero inopia com-

pulsa, quo pacto filium, quasi quibusdam in-  
sidiis ex Poro conciperet, excogitauit. Quare  
iuxta illum accepuit, amoremq; concepit. Ha-  
bet igitur amor ex matris ingenio, vt pauper  
sit, pulchrumque, & bonum, quasi naturæ lux  
cumulatam ab solutionem appetat. Hoc amo-  
ris obiectum, hæc cauilla, & origo, vnde omnes  
eliciunt amores.

Pulchri verò, boni, magna est affinitas, in-  
gens amicitiae nodus, vnde pulchrum, & bo-  
num Hebrei uno vocabulo οὐατον appellau-  
runt, Græci in καλλικράτη, εὐπολιτον καλλικρά-  
την fecerunt. Hæc pulchritudo cum bono Illex am-  
semper copulata, illex est amoris, & fax ipsius της καλ-  
cupiditatis. Vna est autem perfecta, & abso-  
luta omnibus numeris species, splendor glo-  
ria penes patrem luminum, & figura substan-  
tia eius. Triplex

Ex ea, tanquam ex lucis fonte, triplex emi-  
cat pulchritudo, vna quidem per Angelicos  
intellectus, puras illas, & ab omni labe deter-  
fas mentes. Altera per intellectuales animas,  
aronos quasdam stupendæ illius maiestatis.  
Tertia denique ceteris longè inferior, per  
varia corpora, quibus inest, longe, lateq; spar-  
gitur, atque diffunditur; Non fecus, ac fili-  
men vnum, per tria quedam vitra, coloribus  
inter se se dissimillima, in oculos nostros deli-  
ciet.

Quod si eos aspectus haberemus, qui diu-  
naliiquid contemplati possent, rerum calc-  
stium pulchritudini, quasi purissimo fonti sé-  
per affixi, nunquam divelleremur, sed misce-  
mor falli-  
t, & hebetes, propter naturæ nostræ partim tur-  
imbecillitatem, partim etiam peruersitatem,  
per species corporeas, quam vitra, crassa ple-  
runque, & sordida, pulchritudinis, ac lucis ri-  
culos conjecturam, ad quam etiam mentis  
corruptæ virtutæ, & contagione sepius hallu-  
cinamur.

Ex quo præclarè Diuus Dionysius, ad veteri-  
amores faces, in animis excitandas, post pul-  
chrum, & bonum, statim collocat φῶς νο-  
τὸν lumen intellectuale, quod cum ipsa pul-  
chritudine coniungit. Φῶς νοτον λέγεται, lumen ο  
χεῖτερ πᾶσι φῶς ἀγαθόν, οὐδὲν τοι cognitio.  
γάται, χεῖτερον οὐτούσια φατοχυσία, πάντα  
τὸν οὐτερόν μιον, χεῖτοσμιον νοτον το  
τὸν τολμώματον διτην καταλευτόσα, lumen intellectuale appellatur, quod supra  
omne lumen bonum est, tanquam fontis ra-  
dius,